





1740, 10  
20  
8  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE  
JVDICE PRÆDII  
CVM INVENTARIO  
und Beylaß SVB HASTA  
EMTORE,

P. 254  
QVAM  
INDVLTV  
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS  
IN PERANTIQA HIERANA,  
PRÆSIDE  
DN. CONRADO WILHELMO  
STRECKER,

JCTO, JURIDICÆ FACVLTATIS ET JVDICII ELECTORALIS PROVINCIALIS  
ASSESSORE SENIORE, CODICIS PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO, CIVI-  
TATIS SYNDICO ET CONSVLE PRIMARIO, NEC NON PRÆFATE  
FACVLTATIS DECANO,

PRO SVMMIS IN VTROQVE JVRE HONORIBVS  
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

RITE CONSEQVENDIS,

DIE XIV. SEPTEMBR. A. M DCC XL.

IN AVDITORIO JURIDICO COLLEGII MAJORIS


HORIS FIERI SOLITIS, PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

JO. WILHELMVS LEHMANN,

ADVOC. LVSAT. INFER.

ERFORDIÆ, Litteris HERINGII, Acad. Typogr.



DE

JUDICE PRÆDII  
CVM INVENTARIO  
und Speculor SVE HASTIA  
EMTORE

DIAM

MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS  
IN PERSANTIVA HIERANA  
P R A E S I D E

DR. CONRADO WILHELMO  
STRECKER

PRO SANNIS IN VITIORE HONORIBVS  
ET PRIMIS DOCTORALIBVS  
ALL. ILL. HONOR. M. D. C. C. L. I.  
IN AVDITORIO IUDICIS COLLEGI MAJORS  
HON. P. R. S. I. T. I. S. S. A. N. T. I. S. D. I. S. T. I. C. T. I. S.  
A V C T O R

JO WILHELMVS LEHMANN

REDOG. LEGAT. INTER.

REORDAT. Lincis HENNING. Act. Typogr.

259





Q. D. B. V.

## INTROITVS.



**P**urima in jure nostro merito æstimantur *Occasio Tbe.*  
ab utilitate *arg. l. 13. ff. de reb. dub. & l. matris.*  
*104. in f. ff. de V. O.* Quoniam igitur *a) in genere,*  
frequens emtionum venditionum sub ha-  
sta publica in foro deprehenditur usus, &  
nuperrime in patria mea coram Illustris-  
simo Lusatiæ Inferioris Regimine Regio-Electorali oc-  
cassione feudi nobilis, *nebst dem dabey befindlichen In-*  
ventario und *Weylaß,* tam generaliter, quam aliquoties *b) in specie.*  
specialiter publice venum expositi, variæ quæstiones  
venerint in discussionem, inprimis:

- 1) An membrum Judicii ejusmodi feudum licitan-  
do, & quidem jure primi liciti possit acquirere,  
jusque suum deinceps alteri cedere?
- 2) Num exceptio læsionis in subhastationibus publi-  
cis inveniat locum?
- 3) An schedulæ licitationis necessario in loco judicii  
& Cancellariæ Regiminis sint insinuandæ, an vero

A 2

quo-

quoque Consiliariis, imo & Secretariis ejus ad domum privatam valide & cum effectu possint transmitti?

- 4) Num statim, licitatione perfecta, Adjudicatione autem, ob remedium Appellationis vel Supplicationis à debitore possessore feudi postea interpositum, suspensa, commodum ac incommodum rei venditæ ad emtorem licitantem? & ad quem
- 5) Damnum ex mora & culpa possessoris venditoris & ejus administratoris à judice consentientibus creditoribus constituti, interea obveniens, pertineat?
- 6) Quid verba: *Nebst dem dabey befindlichen Inventario und Beylag* hic indigent, atque involvant?
- 7) Quonam in statu, & num venditor emtori rem venditam cum omni causa in quali & quanto, seu in eadem bonitate, statu, & qualitate, qua generaliter, vel qua specialiter subhastata, vel qua demum licitatione fuerit perfecta tradere teneatur ac præstare?
- 8) An denique emtor, donec ipsi plenarie satisfiat, ob exceptionem: venditoris ad adimplendum contractum nondum parati, adeoque nondum competentis exactiois, pretium vel in ipsa adjudicatione vel terminaliter solvendum, & ad minimum, ex æquo Judicis arbitrio, summam certam retinere, vel quicquid ipsi in adimplendo contractu defuerit, cum eo, quod interest, detrahare valeat? Hinc quid circa hæc omnia esse Juris & æquitatis mihi

mihî videatur, relictis ob perspicuitatem ethi-  
mologicis verborum ambagibus succincte qui-  
dem, sed tamen distincte inquirere, & ad usum  
practicum applicare decrevi, cui labori ut annuat  
& adstet Numen divinum, cordicitus precor.

## TRACTATIO.

### §. I.

**I**N discussionem itaque venit 1) quæstio: Num iudex <sup>Judex &</sup>  
vel membrum <sup>membrum</sup> Judicii prædium sub hasta venum <sup>Judicii rem</sup>  
expositum licitando possit acquirere? quæ merito, <sup>sub hasta ac-</sup>  
cum aliqua tamen limitatione, affirmatur. Cum enim <sup>quirere po-</sup>  
ad licitandum & emendum vel proprio, vel alieno no- <sup>tes.</sup>  
mine, quilibet admittatur non prohibitus *arg. L. 43. §. Ratio.*  
*1. ff. de Procurat.* & a licitatione regulariter nemo exclu-  
datur *l. 5. ff. de probat.* adeo, ut si iudex renuat factam  
a persona idonea licitationem accipere, apud eundem  
vel superiorem detur conquerendi facultas. SCHWEN-  
DEND. *ad Fibig. Proc. p. 1010. n. 1.* Et vero personarum  
numero, quibus licitatio permiffa, haud eximatur ipse  
magistratus, recte, meo quidem iudicio, infertur, eum  
ad licitationem & emtionem in iis rebus, quas hastae  
subjicit, esse admittendum. MENCK. *ad O. P. S. Tit. 39.*  
*P. 2. th. 77. p. 564.* Modo servata ubique bona fide, & <sup>Limitatio</sup>  
sine dolo procedat, *l. fin. Cod. de fid. & jur. bast. fisci.* BRVN-  
NEM. *ad d. l. n. 2.* Idque multo magis procedit, si Ju-  
dicium Assessoribus seu collegis sit instructum, & nu-  
mero plurium constet, cum tunc uni collegarum, tan-  
quam privato, a reliquis Judicium repræsentantibus,

res venalis exposita, seu hasta affixa vendi videatur. *arg. l. 5. §. 2. ff. de auct. tut.* PHILIPP. *de subhast. c. 3. comm. 8. n. 7.* ubi præjud. SCHWENDEND. *ad Fibig. p. 1003. n. 608.* nisi ubi Legibus aliud introductum.

Hinc cum plures data distrahendi licentia, *arg. l. 9. ff. de alim. vel cib. leg.* essent constituti executores ultimæ voluntatis, **samt und sonders**, unum ex his ab altero recte emere sub hasta res, quæ distrahuntur *arg. d. l. 5. ff. respondisse* Facult. Jurid. Lips. mens. Febr. 1705. testatur MENCK. *loc. cit.*

¶) Vel saltem fiat licitatio per personam intermediam, v. g. per Camerarium nomine **der Stadt-Cämmerey oder der Buchhalterey**, ceu casum in patria Lubbenensi occasione **des Seltenreichschen Forwercks**, paucos ante annos, in terminis habuimus.

¶) *Excep. ptio.* Secus autem esset, quando magistratus proprio nomine instituit substitutionem prædii sui, vel civitati *Ratio.* communi proprii; Hoc enim casu venditoris & emtoris personæ, quæ in hoc consensuali negotio separatae esse debent, in unam concurrunt, hinc regulariter recte improbatum ejusmodi licitatio. *a. §. 3. ff. de auct. tut. §. 4. ff. de inur. stipul. l. 30. C. de Decur.* SCHWEND. *ad Fibig. p. 1004.* MENCK. *cit. loc.*

### §. II.

Si itaque magistratui per substitutum vel deputatum, vel membro Judicii, adeoque multo magis ministris Judicii licitandi competit facultas, exinde merito sequitur, quod ipse quoque ad acquirendum jus primi liciti, in locis, ubi illud, ceu in nostra Lusatia, adhuc obtinet, haud sit inhabilis, imo, quod jus illud suum rursus

*Et jus primi  
liciti acquirit*



rursus alteri valide cedere, a. l. 9. C. de reb. auct. jud. poss. etiam in Lu-  
 § l. 5. de hered. vel act. vend. PHILIPP. de subhastat. c. 3. satia idque  
 Comm. 14. §. 37. CARPZ. P. I. C. El. Sax. 32. d. 38. in fine, valide cedit  
 imo quod quoque membrum iudicii licitans illud ad alteri  
 hæredes suos possit transmittre a. l. 9. ff. de prob. quic- § ad here-  
 quid enim est cessibile, illud quoque est transmissibile, des trans-  
 & vice versa, Ill. a BERG. de Jur. prim. licit. §. 25. p. 570. mittit

§. III.

Cum autem res sub hasta hodiernum, interdum Exceptio  
 viliori aliquantulum pretio vendantur, non raro infra læsionis in  
 dimidium Judicialis taxæ, sæpe exinde desuper oritur subhastatio-  
 querela, & disceptatur quæstio: Num actio vel exceptio nibus non  
 læsionis imprimis ultra dimidium, sit attendenda & habet lo-  
 beneficium restitutionis in integrum petenti conceden- cum.  
 dum? At enim vero, quanquam olim multi magnæ  
 auctoritatis Jcti & quidem tam Saxonici, uti CARPZ.  
 P. I. C. El. Sax. 32. def. 58. n. 5. § P. 2. Const. 34. d. 13.  
 RAVCHE. P. 1. qu. 46. RICHT. Dec. 99. n. 47. seq. quam  
 exteri, vid. ANT. FABER in Cod. L. 4. tit. 30. def. 4. FA-  
 CHINÆVS Lib. 2. Controv. c. 21. veri. amplius, PEREZ  
 Comment. ad T. C. de rescind. vend. n. 19. BRUNNEMANN.  
 ad l. 16. C. de rescind. vend. n. 4. CRAVET. Conf. 29. n. 4.  
 a-SANDE Lib. 3. tit. 4. def. 12. id affirmare non dubi-  
 tent, negantium tamen, (quanquam motus iudicis præ-  
 fertim extra Saxoniam interdum in eo sit varius,) sen-  
 tentiæ, propter auctoritatem iudicii, & solennitatem  
 subhastationis, & quoniam ex l. 2. Cod. de rescind. vend.  
 hastæ fiscalis fides facile convelli non debet, usu fori  
 Saxonici, imo & Lusatici suffultus, merito subscribo, usus fori Sa-  
 assentientibus MOLLERO L. 3. semestr. c. 12. BERLICH. iam in Lu-  
 Dec. satia.

*Dec. 126. Post. de subbafat. Infp. 49. n. 27. Ill. a BERG. Refol. Lauerb. Lib. 18. tit. 5. qu. 6. & El. difcept. for. Tit. 39. p. 1160. CARPZ. fibi difsentiente Lib. 4. Refp. 1. § in Proc. T. 25. art. 4. n. 89. feq. STRYK. Uf. mod. Pand. Tit. de re- feind. vend. PHILIPP. de fubbafat. cap. 4. comm. 22. BARTH. Hod. for. c. 1. p. 422. HORN. cl. 13. Refp. 15. n. 6. & cl. 16. refp. 7. n. 27. a WERNH. P. 3. Obf. 59. CH. HENR. a BERG.*

- Limit. Dec. 161. & aliis novioribus pluribus. Id quod tamen*
- 1.) *limitationem admittit in eo, quando de licitatoris malitia & fraude, cui jura patrociniū merito denegant, adparet, conf. BERLICH. d. Dec. 126. n. 11. feq. CARPZ. d. Refp. 1. n. 33. feq. § in Proc. Tit. 25. a. 4. n. 89. feq. a*
  - 2.) *WERNH. c. 8. Obf. 277. vel Princeps fummus, non quidem ex mera plenitudine potestatis, in quam tamen privatus ne quidem inquirere valet femper, fed ex præfumptiva æquitatis ratione, prævia fufficienti vel quoque in ejus fæntiori fenatu inftituta causæ cognitione, ftatim, absque aliis fori & pꝛocessibus ambagibus, brevi quasi manu regia, etiam ex claufula Prætoris generali, à régula juris privati faciat feceffum, cui, modo que- rela hæc per rem judicatam nondum fuerit fopita, tam ex iuftitia, quam ex confilio prudentiæ tunc erit obtemperandum & infiftendum, præfertim, fi jura rei publicæ & aliorum Privilegiatorum, v. g. minorum, pauperum & piarum caufarum indefenfarum, quibus ob falutem publicam extra ordinem quoque venit fuccurrendum, alias notorie admodum lædantur. Salus enim publica in republica ordinata fuprema femper debet effe lex, & eveniente cafu, privatorum commodis, publica funt præferenda. Vox autem Principis tunc eft vox Dei.*

§. IV.

Fieri autem debet palam & in loco publico bono-  
 rum subhastatio, *O. P. S. T. 39. §. 11. verb. in der Gemein-*  
 de und auf dem Markt subhastire, *CARPZ. P. 1. Const. El. 32.*  
 ut incolæ, vel extranei eam legere, vel audire  
 possint, quoniam ideo est instituta & recepta, ut eo  
 pinguiorem emtorem reperiat, & ad omnium notitiam  
 pervenire queat. In specie autem bonorum feudali-  
 um subhastatio der Lehñ- und Ritter-Güter in Saxonia E-  
 lektorali juxt. Resol. Gravam. d. ao. 1661. gr. 6. in  
 dreyen nächsten Städten des engern und weitern Aus-  
 schusses sothaner Lande, programme affixo. In Lu-  
 latia autem nostra Inferiori affixio bonorum Schrift-  
 fassicorum, olim quidem coram Pro-Marchione, &  
 postea coram regimine Provinciali, in valvis Cancellar-  
 iæ, & in civitate circulari illius circuli, in quo bona  
 ita sita sunt; hodiernum autem in tertio quoque loco,  
 scilicet adhuc in una civitate circulari alterius circuli  
 illius Marchionatus fieri solet, id quod pro forma me-  
 rito jam agnoscitur, eademque neglecta, nullitatem pa-  
 rit. *arg. l. 1. §. 1. ff. de fer. & l. 8. §. 17. ff. de transact.*  
 PHILIPP. de subhast. c. 1. comm. 4. n. 41. 43. MARTIN. ad  
 O. P. S. Tit. 39. §. 11. 61. Vocabulis autem trium Civita-  
 tum diversarum, Præfecturæ non continentur, siqui-  
 dem Præfectura das Amt, a civitate, stricte sic dicta,  
 omnino est diversa *a. l. 2. 147. 154. ff. de verb. sign. &*  
 subhastationes facilius affixione edicti ad valvas curiæ  
 civitatis, & ad portas, quam ad fores præfecturæ inno-  
 tescent, indeque fluit & merito asserendum videtur,  
 quod affixio ejusmodi bonorum feudali-um Schrift-  
 fassicorum

*Subhastatio fieri debet in loco publico*  
 Ratio 1)  
 2)

*Bonorum feudali-um in Saxonia in tribus locis etiam in Lusacia inferiori*

*in valvis civitatum circulari*

*non Præfecturarum*

*Ratio*

Et

B

fessorum



ficorum in valvis præfecturarum, loco valvarum civitatum circuli, valide fieri nequeat, ceu pronunc. Senatus Aulicus El. Sax. mens. Febr. 1697. Illustr. a BERGER. *El. disc. for. T. 40. obs. 3. n. 2. p. 1262.* MENCKEN. *ad O. P. S. Tir. 39. P. 2. ib. 44. p. 549. ubi ib. 45.* catalogum omnium civitatum des engern und weitem Ausschusses, a quibus differunt die allgemeine Städte, quæ saltem in comitiis Saxonis comparandi jus habent, in neutrum tamen numerum, von beyden Ausschüssen, referuntur, recenset, quo lectorem benevolam remitto.

## S. V.

*Subhastatio  
fit per tres  
quaterde-  
nas*

Inde quoque porro inferitur, quod, cum Jure Saxonico, & nostro Lufatico, juxta Ord. Pr. Sax. El. antiquam bonis subhastandis spatium trium quaterdenarum constitutum, his sex septimanis, absque tamen additamento trium dierum, adeo sit inhaerendum, ut his neglectis, subhastatio sit irrita; formam enim illius ingrediuntur, adeoque nec anticipari, nec prorogari possunt. Ex quo porro elicitur, quod ultimo spa-

*Licitatio fit  
etiam ulti-  
mo earum  
momento*

tii istius momento, in unico etiam affixionis loco, nondum præterlapso, ulterior licitatio, imo durante sonitu istius ultimæ horæ, conf. RIVIN. *ad O. P. S. Tir. 39. En. 45.* adhuc valide & cum effectu fieri queat, quoniam illud spatium continuo à momento in momentum currit, itaque ex momento affixionis facto com-

*Casus in Lu-  
satis infer.*

putandi initio dies 42. debet esse completus, ceu Rescriptum regium El. Sax. nuper admodum ad Regimen Marchionatus Luf. infer. in causa die Subhastation des Guths Sasseleben betreffend, clementissime emissum, in nostra quoque Lusatia infer. decidit. Spatio autem  
in

in quovis affixionis loco plane elapso, adeoque licitatione jam perfecta, nec ulterior licitatio, licet duplicatum offeratur pretium, *a. l. 14. §. 2. ff. de in diem addit.* MARTIN. *ad O. P. S. Tit. 39. §. 11. n. 187.* nec debitoris, nec creditorum, nec Judicis subhastationis retractio, nec cum creditoribus transactio, nec licitatoris pœnitentia amplius habet locum, *a. l. 3. §. de emt. vend. l. 6. C. de rescind. vend.* PHILIPP. *de subhast. c. 4. comm. 10. n. 9.* MENCKEN. *d. loco p. 573.* nisi omnium quorum interest, id fiat consensu, cum, quod omnes tangit, omnium quoque sit perficiendum consensu.

§. VI.

Fieri autem debet licitatio loco congruo, coram magistratu competente, & licitationis assumendæ & admittendæ potestatem habente, (adeoque ne quidem coram magistratu ubi reliquæ subhastationis tabulæ sunt suspensæ,) præfente iudice, vel ad minimum Secretario vel Actuario iudicii, aut amanuense jurato. conf. Ill. a BERGER. *ad O. P. S. Tit. 39. obs. 9.* similive persona idonea, e. g. in Commissionibus, præfente amanuense jurato, MENCK. *ad O. P. S. Tit. 39. P. 2. p. 79.* In regimine Lusatiæ nostræ inferioris schedula licitationis vel in locum iudicii seu Audientiæ, vel Cancellariæ, & quidem vel Secretario, vel regiminis scribis juratis, vel etiam extra eam Dno Præsidi Regiminis est tradenda, nach der Ober-Amts-Instruction verbis: c. 6. alle Sachen &c. c. 8. sub inti. verb. Dem Præsident, oder in der Cansley einantwortete.

Licitatio fit coram loco iudicii competentis

vel in inferiori regimine Præsidi in domo

§. VII.

Ex quo sponte fuit, quod extra Cancellariam vel

locum iudicii, excepto casu necessitatis, si nempe copia iudicis aliter haberi nequeat, vel Cancellaria sit clausa, nec reliquis Consiliariis, nisi illi, qui absente Præside habet directoriam, nec Secretariis, nec Registratoribus, ac Cancellariæ scribis ad eorum domos privatas, quoad effectum præsentationis in istud temporis momentum, literæ licitationis valide possint tradi, vel transmitti, quoniam forma in legibus præscripta ad unguem est observanda; si vero nihilominus istis ad domum forent transmissæ vel porrectæ, tunc præsentatum in aliud temporis momentum illis super scribi nequit, quam illud ipsum, in quo demum in locum Cancellariæ publicæ vel iudicii fuerunt translatae & insinuatae, alias enim tot fierent quasi Cancellariæ privatae, quot membra iudicii & regiminis, & quot membra Cancellariæ regiminis, negotiaque sæpe deducerentur in incertum, id quod leges & jura detestantur. Cum itaque interea spatium subhastationis 6. septimanarum jam esset effluxum, nuperrime superlicitans voto suo merito carebat, nec subhastatio prior, & licitatio prioris jam perfecta eo interrompebatur, quemadmodum per rescriptum regium clementissimum res ista iustissime decidebatur. Nam licitatio ad actus publicos & iudiciarios pertinet, unde talem extra locum iudicii pro inutili habuit & iudicavit Fac. Jur. Lips. mens. Maj. 1705. soletque subhastationibus, non otii causa, sed cogitate & prudenter inferi clausula: *Das diejenigen, so biethen wollen, sich an gewöhnlicher Gerichts. Stelle (oder bey der Obern Rants Cansley) angeben, oder daselbst ihre Licitations-Schreiben einreichen sollen.* vid. RIVIN. ad O. P. S. Tit.

*Non vero ad domum Consilii, vel Secretarii vel Cancellarii.*

*Rat. § li mit. 1)*

2)

*Casus coram regim. Luf. inf.*

*Ratio*

39. En. 41. Nisi sit talis persona, cui contra neglectum *Limitat.*  
 fatale restitutione in integrum subvenitur, ut minor,  
 ecclesia, &c. tunc enim prævia imploratione, causa cog-  
 nita, licitatio quoque perfecta rescinditur, a. l. 24. §. 4.  
*ff. de minor.* NICOL. Proc. P. 3. c. 9. n. 26. seq. ita tamen,  
 ut licitatori ultimo possidenti jam prædium interea ad-  
 judicatum meliorationes ante executionem sententiæ  
 rescissoriæ sint restituendæ, utpote qui interim benefi-  
 cio retentionis uti haud prohibetur. a. l. r. ff. quib. mod.  
 pign. vel hypoth. solv. MENCK. cit. l.

## S. VIII.

Accidit interdum, quod programma, seu tabulæ *Si Tabula*  
 subhastationis generalis, à tabulis subhastationis ulti- *subhastatio-*  
 mæ specialis inter se quodammodo differant, adeo, ut *nis diffe-*  
 vel ex incuria scribentis, & proclamantis, vel ex haud *rant inter*  
 circumspicte concepta licitationis schedula, in his ali- *se se*  
 quid sit ommissum, vel in generali plus, & majus, in spe-  
 ciali ultima vero minus sit expressum. Lis exinde fa-  
 cile oritur, quid? & annon illud majus & plus emtori  
 licitanti nihilominus sit adjudicandum, tradendum &  
 præstandum? Cum itaque in dubio ad tabulas subha- *Tunc ad ge-*  
 stationis generalis tanquam ad primum documentum, *nerales est*  
 & subhastationis fundamentum, merito recurratur, & *recurren-*  
 ex eo fieri debeat decisio & interpretatio, adeoque erro- *dum*  
 ris correctio, emtor regulariter id, quod in illis fuit ex-  
 pressum, & venum expositum, jure suo omnino postu-  
 lat, nisi illud minus in specie jam acceptaverit, & illi *Limit.*  
 majori expresse renunciaverit, de differentia hac inter  
 sese edoctus. Seria enim judicis subhastantis est & esse *Rat. 1)*  
 debet intentio, omnia ea, quæ generaliter venum  
 fuere

fuere exposita, licitatori venundare, licitator autem in licitando primario ad ista respexisse videtur & præsumitur, publica quoque fides, quæ in iudice debet esse exuberans, non permittit, quempiam damnum ejusmodi ex incuria & errore, qui per jura vulgatissima non nocet, sentire. Nullum itaque remanet dubium, velle quoque judicem & teneri, errorem & incertitudinem istam adhuc tempestive corrigere, & omnia ista juxta intentionem suam jam sub initium subhastationis generalis publice declaratam, emtori bona fide licitanti, ad effectum deducere, adeoque promissa præstare.

*Quid sub  
vocalis in-  
ventarii  
Beylaß  
und perri-  
nentien in-  
telligendum*

*§. IX.*  
Quid autem sub vocabulis: **Das Guth samt dem dabey befindlichen Inventario und Beylaß** it. **samt pertinentien**, in specie comprehendatur, & sit intelligendum? quænam illorum sit differentia specifica? & quomodo unum ab altero differat? quid itaque emtori sit præstandum & tradendum? jam paululum accuratius & distinctius inquiramus. Primario res ex tabulis & lege contractus est decidenda, & quoque, num specificatio pertinentiarum, inventarii, **und des Beylaßes**, adjecta, videndum erit, & si nihil in specie ex hisce omnibus fuerit expressum, tunc ad naturam contractus, ad consuetudinem loci, & provinciæ, & denique ad jura communia, est recurrendum. Hinc, deficiente ista specificatione, & consignatione, non solum ex natura contractus totum prædium cum omnibus suis partibus integranibus, & pertinentiis, seu accessionibus, quæ tempore venum expositionis & contractus, seu licitationis, in primis perfectæ, ad fuerunt, sive ad per-



perpetuum rei venditæ usum destinata, & in illa collo- *Ex iure des-*  
cata, etiamsi in contractu, seu literis licitationis & sub- *inationis*  
hastationis nulla eorum facta fuerit mentio, emtori li- *Pertinen-*  
citanti erit tradendum, & præstandum, quo simul re- *tiarum*  
feruntur subditi cum glebis suis & familiis adscripti-  
tiis, servi & servæ, documenta & scripturæ, quæ jura  
prædii concernunt, imo prædium cum omnibus juri-  
bus, servitutibus ac oneribus realibus, cum omni infa-  
to & fructibus pendentibus, (infatum enim inhæret &  
accrescit fundo, tanquam ejus pars) sed & omne id,  
quod ad usum prædii istius est destinatum, & in illo  
jam fuit repertum, stramenta & sterculinum, agri ster-  
corandi gratia comparatum, ubicunque in isto prædio  
jaceat, de quo totus *Tit. I. Lib. XIX. ff. de act. emr. vend.*  
extat, adeo, ut juxta *Dn. a BERG. ad compend. Lauterb. d.*  
*tit.* haud immerito secundum regulas pertinentiarum  
a destinatione petitas, ipsum instructum & inventarium  
ad usum prædii destinatum, in illo repertum, licet in  
contractu non fuerit expressum, modo in specie in eo  
non fuerit exemptum, simul cum prædio præsumatur  
venditum.

*§. X.*  
Quando autem prædium in specie & expresse nebst  
dem dabey befindlichen Inventario und Beylaß, haud  
adjecta ejus consignatione specifica, quam tamen adje-  
cisse ad evitandas disputationes est consultius, sub ha-  
sta venum fuerit expositum, tunc oritur quæstio, quod  
sub voculis: des dabey befindlichen Inventarii, & quid  
sub superaddito und Beylaß, in specie & distincte intel-  
ligatur.

*§. XI.*

## §. XI.

*Inventarium prædii*

Cum igitur in prædii ruralis inventario omnia instrumenta œconomica, pecora cujuscunque generis, & sexus, frumenta, aliaque ad culturam agrorum, sustentationem famulitii, & instructionem fundi necessaria, communiter consignentur, utpote in qua juxta CARPZ. *Lib. 5. Resp. 26.* Inventarium cum instrumento fundi, quod est apparatus rerum diutius mansurarum, sine quibus exerceri possessio nequit, *p. l. 12. ff. de Instruct. vel instrum. leg. vere convenit.* Hinc cum CARPZ. *l. cit. §. III. a BERG. ad Laurerb. Lib. 19. Tit. 1.* merito infero, quod sub voce inventarii præprimis subintelligenda: Schiff und Geschir, alles Vieh, und Saamen-Getreyde sowohl zu denen Aeckern als Gärten, Brodtung bis zur vollbrachten nächsten Erndte, Deputat-Korn vor die in Herrschaftlichen Lohn und Dienststehende Deputanten des Guthe, es sey nun also das Gefinde auf dem Guthe selbst, oder auch andere, so ad culturam des Guthe arbeiten, v. g. Schäfer, Winzer, Schmiede, Wagner und Rademacher, Teich-Wärther, Feld-Hüther, Hirten, Schorstein-Feger, mit dem man ein Jahr-Gedinge hat, Schösser, Metz Müller und dergleichen andere Beamten und Diener, zu Vereitung und Bestellung der Aecker an völliger Winter und Sommer-Saat, auch des Brach-Feldes, in gleichen derer Gärten, Weinberge und Teiche, und deren Besatz, die bey dem Guthe befindliche Bienen in denen Bienen-Körben, Beuten in denen Heyden des prædii selbst, und die in denen Bäumen ausgehauen und enthalten sind, & id genus alia, ita tamen, ut reliqua,

qua, quæ ad vendendum supersunt, siue ista sint fructus illius prædii, siue alius & ad securitatem vel ad vendendum ibi asserventur, regulariter sub voce inventarii tunc non comprehendantur. *CARPZ. cit. loc.*

§. XII.

Si vero vocabulum *Beylaß* in tabulis ac literis sub-  
 haftationis inventario in specie fuerit superadditum, *Beylaß ab Inventario differt*  
 tunc ad contradistinctionem inventarii sub hac vocula:  
 und dabey befindlichen *Beylaß*, in specie non solum ex  
 jure destinationis & pertinentiarum omnia illa, quæ ad  
 prædium illud jamdum fuere destinata, v. g. Alles zum  
 Anbau des Guths, und dessen Reparatur erhandelte, ob *In genere Beylaß*  
 gleich noch nicht wirklich angeführte und verbrauchte  
 Holz, Materialien, an Feid-Steinen, Ziegeln, Bretern,  
 Kalk, noch nicht einmahl aufgesetzte Ofen, Vogel-Heer-  
 de, benebst denen Loct-Vögeln, und was sonst zum Vo-  
 gelfang darauf und des Wildes an Vogel-Jagd und  
 Wild-Nezen angeschafft, destinirt und gebraucht wor-  
 den, benebst dem Wilde und Gevögeln, so auf dem gan-  
 zen Guthe anzutreffen, die Herrschaftliche Erb-Be-  
 gräbnisse und Kirch-Stüben, Empor-Kirchen, auch  
 andern deren Kirchen-Sitze und vor das Herrschaftli-  
 che Gesinde, scil. quoad eorum usum, ingleichen die  
 Wirthschafft-Gesinde-Betten, und Bett-Gestelle, das  
 Acker-Pferde-Zeug, ic. die zur Haushaltung auf dem  
 Guthe gehörige nöthige Mehl-Malz- und Futter-Ka-  
 sten, Tröge, Krippen, und Rauffen vors Vieh, licet nec  
 sint affixa, nec ad id jam dum adhibita, die zu denen  
 Zimmern und Behältnissen vorhandene Schlüssel und  
 Zubehör, alles Gefröde an Stroh und Heu, pisces, qui  
 jam

jam sunt in vivariis, alles Mühlen-Inventarium und Zeug darzu, alles übrige & præter instructum beyhm Guthe befindliche Handwerks- oder Arbeit-Zeug an Aerten, Bohren, Sägden, Meisseln, it. Holz-Ketten, Feuer-Holz, das in denen Gewächs-Häusern und in denen Gärten verhandene Garten-Arbeit-Zeug, Blumen und Blumen-Löpfen, Orangerie und dergleichen, it. Wein-Pfähle und Wein-Preße, Wein- und Bier-Gefässe, auch uneingemauerte Brandwein- und Ofen-Blasen, küpferne und eiserne Wirthschafft-Löpfen und anderes Küchen-Zeug und Gefässe. Die Gerichts-Acta und Gerichts-Geschmeide zu Verwahrung der Delinquenten, Urbaria, Erb-Zins-Register, Dorff-Ordnung, Kirchen-Inventarium, und sonst die Kirche im Dorffe angehende Sachen, Documenta, Kirch-Rechnungen und Scripturen, it. die Hofwehre bey denen Untertanen, so mehrentheils in dem von der Herrschafft herrührenden Saamen-Geträyde, zu Bestellung der Untertanen in der Nieder-Lausitz Acker, ingleichen in einigen Zug-Vieh und Pferden, zu Bestellung derselben, und des Herrschafft. Hofe-Dienstes, zu bestehen pfleget, & id genus alla, quæ omnia sub jure pertinentiarum & destinationis comprehenduntur; in Summa, alles, was man sonst in die Kauff und Pacht-Anschläge eines Gutes, noch über dessen Gerechtsame, Inventarium, Landüblich zu bringen pfleget, gehöret, meo quidem iudicio, unter das Wort Beylaß und Zubehör, oder Perinentien, cum omnibus reliquis mobilibus & se moventibus prædialibus, indeque merito infertur, & colligitur: quod quoque reliquum frumentum, quod adhuc

*in specie.*



huc præter segetem & conservationem famulitii, und zum Mast-Vieh ad vendendum, quoque ex fructibus prædii istius superest, it. aller Vorrath im Keller an Bier und darauf gewonnenen Weinen, it. Hopffen, Stachs, Mats und dergleichen, welches zum mitverkaufften Beylaß in dubio zu rechnen, bey dem Guthe bleiben, und dem licitatori und Käufer mit tradiret und geliefert werden muß. Præsertim cum in dubio contra eum, adeoque hic contra venditorem debeat fieri interpretatio, qui clarius loqui potuisset, adeo, ut ne quidem die Herrschafft. Kutsch-Pferde, si simul, ut plurimum fit, ad agri culturam, & ad transvehendos fructus prædii & ligni, adeoque ad œconomiam adhiberi soliti sunt, & quidem una cum sella, ephippio & freno simul adhibitis, non minus ex jure destinationis, quam ex jure des mitverkaufften Inventarii und Beylasses in dubio simul vendita censeantur, quamvis alias equo vendito res istæ simul venditæ non intelligantur. a. l. 38. §. 11. ff. de Edilit. act. §. l. 14. §. 15. ff. de furt.

§. XIII.

Dubitari quidem possit, annon inventarium prædii & Beylaß, sint mere synonyma, adeoque unum idemque; vel sub vocabulo Beylaß potius saltem prædii accessoria & pertinentiæ, vel saltem ea, quæ jure destinationis in prædio manere solent, subintelligenda; vel quod nil, nisi fructus fundi adhuc pendentes, per voculam Beylaß, exprimantur. Verum enimvero, cum nulla usus loquendi ratio afferri possit genuina, cur pro mere synonymis haberi possint, fructus vero adhuc pendentes, ceu supra passim fuit demonstratum, jam reputentur.

**Beylas**  
non sunt  
fructus pen-  
dentes

Ratio 1)  
2)  
3)

**Beylas**  
plus com-  
prehendit

**Beylas**  
quid signifi-  
et in specie

tentur in jure & legibus pro parte fundi, cui inhaerent, infatum enim accrescit solo, ea vero, quæ ad illud destinata, jam jure destinationis maneat penes prædium, indeque supervacaneum fuisset, vocabulum **Beylas**, contractui adjicere, quæ supervacanea tanquam inutilia, quamdiu alia significatio & interpretatio apta fieri potest, præsertim in iudice, & in re ardua, non sunt præsumenda, sed potius verba ita accipienda, ut conjuncta cum aliis disjunctis, habeant aliquem singularem & distinctum significatum, & effectum, & quidem juxta negotium & circumstantiam rei, de qua agimus, vel loquimur, idque juxta regulas & principia Hermenevtica, hinc merito concludendum, quod per vocabulum super additum **Beylas** longe aliud, quam merum & nudum prædii Inventarium, quam fructus fundi pendentes, quam pertinentiæ fundi, quam destinata jam ad prædium, hic subintelligi debeat. Si igitur accuratius & clarius dicendum, quod mihi ex æquitate, Jure, usu fori, & regionis, & ex opinione Oeconomorum videtur, indubio ceu supra in §. præcedente demonstravi, sub his voculis: **samt dem beyrn Guthe befindlichen Beylas**, inventario prædii superaddito, omne illud hic erit subintelligendum, quod adhuc præter partes fundi ac prædii integrantes, adeoque & præter fructus pendentes, præter ea, quæ jam ad fundum & prædium fuere destinata, præter adpertinentias, imo & præter inventarium prædii, adhuc ex reliquis istius fructibus cujuscunque generis, vel ad asservandum, vel ad vendendum, tempore emtionis & licitationis perfectæ superest: Idque eo magis, quando prædium ad instantiam creditorum

rum

rum immissorum a iudice jam fuerit sequestratum, utpote, ubi Creditoribus jus usufruendi competit; adeoque multo minus dubitandum, quod tunc prædium cum omnibus fructibus & accessionibus percipiendis, quo tanto melius illis ex iisdem satisfiat, publice ad creditorum instantiam venum fuerit expositum, quum vix credibile sit, creditores & iudicem fructus istos dissipationi & consumptioni debitoris sui relinquere, adeoque sua jura, jactare & spernere voluisse. Ad minimum impurent tunc sibi, quod cum clarius in subhastationis & venditionis literis loqui potuissent, & debuissent, clarius tamen non fuerint locuti, nec specificam consignationem des *Weylasses* apposuerint.

*Rat. 1)*

*Rat. 2)*

S. XIV.

Quo autem in statu, num scil. res vendita in eo, quo sub initium subhastationis generalis, vel in quo subhastationis specialis & licitationis insinuatae tempore, vel in quo demum licitatione perfecta fuit, vel denique saltem in eo statu, quo denique tempore adjudicationis est, sit tradenda? desuper varia in foro sæpe numero oriuntur dubia & litigia. Videtur quidem res in eo, quo subhastationis generalis susceptæ, vel ad minimum, quo subhastationis specialis cum ultimo licito tempore fuit, statu ac conditione tradenda, ac præstanda, adeoque id quod deficit, emtori resarciendum, vel ideo, quoniam emtor licitando eo respexisse & quantitatem liciti proportionaliter juxta rei venum expositæ statum ac conditionem determinasse præsumitur. Cum autem natura contractus emtionis venditionis sit, ut res saltem in ea bonitate, statu & condi-

*Res sub hastes vendita tradenda in statu*

*non quo suis tempore subhastat. generalis*

*Nec quo fuit sub initium subhast. specialis*



*sed in quo  
fuit tempo-  
re vendit.  
perfecta*

*seu Licita-  
tionis per-  
fecta  
Ratio*

*non vero in  
eo statu quo  
saltim est  
tempore ad-  
judicationis*

*Rat. dubit.  
Rat. decidit*

tionem tradatur, qua vendita est, & quidem qua tempo-  
re venditionis perfecta & contractus jam initi fuit.  
per l. 1. in pr. §. 4. C. de Præd. min. l. 3. §. l. ex emto ff.  
de act. emt. l. si nomen ff. de hered. vel act. vend. Id quod  
in hoc bonæ fidei contractu bona fides merito postu-  
lat; Emtio venditio sub hasta autem demum licitatio-  
ne perfecta, seu post ultimi trium quaterdenarum ta-  
bularum subhastationis specialis cum ejus licito mo-  
menti effluxum, perficiatur. Hinc tutior & justior mi-  
hi videtur sententia Ictorum statuentium, quod & res  
sub hasta publica vendita in ea tantummodo bonitate,  
eoque statu, conditione, & qualitate, in qua tempore  
perfectæ licitationis fuit, licitatori sit tradenda & præ-  
standa. Emtio enim ante effluxum illud subhastationis  
spatium adhuc est in pendent. l. 7. pr. ff. de contract.  
emt. & venditionibus Fiscalibus & sub hasta publica ta-  
cita in diem addictio ex legis dispositione jam inest, &  
subintelligitur. l. 21. §. 7. ff. de municip. l. 4. C. de fid. §.  
jur. hast. Fise. Nam licet statim ac quis licitatus est, per-  
fecta esse censeatur licitatio, fit tamen hac lege, ut al-  
lata deinceps intra statutum hastæ fiscali tempus me-  
liori conditione, res sit inuenta. Multo minus autem  
eo saltim in statu, quo tempore adjudicationis res illa  
est præstanda. Etsi enim perfectio venditionis ex de-  
claratione consensus reciproce facta, consuminatio au-  
tem ex subsequenti traditione dependeat, & dominium  
rei emtæ demum per traditionem juxta §. 3. f. de emt.  
vend. adeoque in subhastationibus per adjudicationem  
acquiratur. Quoniam autem emtio perfecta, & si-  
mulac contrahentes de re, & pretio consenserunt, etiam  
si res



fi res nondum sit tradita, aut dies solutionis & traditioni præfinitus nondum venerit, tam deteriorationis, amissionis & interitus particularis periculum juxta §. 3. *J. de emt. vend. §. l. 7. pr. §. l. 8. 11. ff. de peric. §. commod. rei vend.* quam commodum d. §. 3. *f. de emt. l. 13. §. 18. ff. de act. emt.* regulariter ad emtorem pertinet, id quod quoque ex natura contractus emti venditi, utpote consensualis, in venditione sub hasta merito habet locum. *CARPZ. P. I. Const. El. Sax. 32. def. 47. §. Proc. T. 25. art. 4. n. 105. seq. Ill. a BERGER El. disc. for. ad T. 39. O. P. S. nota 9. p. 1190. MOLLENBEC. ad Lauterb. Lib. 18. T. 6. not. 4. p. 788.* Hinc æquitas & bona fides simul suadent in hoc bonæ fidei contractu, ut non saltem in eo, quo tandem foret tempore traditionis sive adjudicationis, sed potius in eo, quo jam tempore licitationis insinuatæ, vel ad minimum in eo, quo fuit tempore licitationis perfectæ *als er es erstanden*, adeoque subhastationis finitæ statu, ac qualitate res emta tradatur, ac præstetur, ceu supra satis luculenter jam fuit demonstratum.

§. XV.

Quæ omnia tamen varias merito admittunt limitationes atque exceptiones, tam ex parte emtoris licitantis, quam ex parte venditoris. Et quidem ex parte emtoris intuitu damni, & periculi 1) si venditoris vel ejusdem administratoris dolus, lata vel levis culpa casum præcesserit. *juxta all. §. 3. J. de emt. §. l. 35. §. 4. ff. de contrab. emt. l. 5. §. 2. ff. commod. §. l. 36. ff. de act. emt. CARPZ. P. 2. C. El. Sax. 26. d. 24.* 2) Vel si venditoris, (sive possessor ipse sive judex ejus personam præ-

*Limit. intuitu damni  
& periculi*

1)

2)

præ-

præsentet,) mora in tradendo & adjudicando interve-  
nerit. *l. 4. f. C. de peric. & commod. rei vend.* CARPZ. *d. l.*  
Licet quoque res vendita eodem modo apud emtorem  
fuiſſet peritura CARPZ. *d. l.* BACHOV. *Vol. 2. d. 3. rb. 8.*  
(quod ultimum tamen Domino TITIO ad LAUTERB.  
*Lib. 18. T. 6.* certo modo, & ſi inter moram & caſum  
nulla deprehendatur connexio, videtur eſſe iniquum.)

- 3) 3) ſi venditor caſum & periculum ad adjudicationem  
4) 4) uſque in ſe receperit, & denique 4) niſi res vendita pe-  
rierit ex præcedente vitio, quod tamen emtor ignoravit. *l. 1. & ult. C. de peric. & com. rei vend.* His enim in  
limitatis caſibus emtor & licitator ne quidem poſt lici-  
tationem perfectam vel poſt contractum jam perfe-  
ctum ante traditionem vel adjudicationem rei venditæ  
damnum & caſum patitur, idque, intuitu moræ tam  
diu durat, quamdiu mora nondum fuit purgata,  
STRYCK. ad *Lauserb. Lib. 18. T. 6.* Sic enim caſus nocet  
moroso.

## §. XVI.

Porro eruenda venit quæſtio, an emtor ſub haſta  
damna ante adjudicationem ex culpa administratoris  
ſeu ſequeſtri, conſentientibus creditoribus a iudice abſ-  
que cautionis ſecuritate conſtituti, prædii & ejus in-  
ventario illata, emtionis pretio detrudere? vel ex æquo  
quantitatem certam, donec ipſi ſatiſſiat, detinere poſ-  
ſit? an vero ad ea reſarcienda ſaltem contra dictum ad-  
ministratorem ipſi competat juſ & actio mere perſona-  
lis? Verumtamen cum emtor quoque ſub haſta contra  
venditorem ſuum, & contra eos, qui in ejus locum  
ſuccedunt, ad implementum contractus agere, & eo  
non

non dum secuto, contra exactiorem pretii licitati defu-  
 super excipere, nec non tam diu, donec implementum  
 contractus omni ex parte, juxta literam & naturam  
 ejus doceatur, pretium rei emtæ ad minimum, quoad  
 summam concurrentem merito & de jure detinere va-  
 leat, ipsique melius & breviori via sit prospectum, &  
 consultum, si jus retentionis in pretio exerceat, quam  
 si eo soluto, contra damnum inferentem actionem in-  
 stituat, præsertim, cum hic vel plane non, vel admo-  
 dum difficulter reperitur solvendo, constituens autem  
 ejusmodi ministrum & consentiens in ejus constitutio-  
 nem ob ejusmodi personæ facta, etiam culposa, in fa-  
 mulitio vel ministerio commissa, per jura notissima te-  
 neatur, adeoque ad refarcienda damna, vel ad id, quod  
 interest. Hinc nullus dubito, quin emtor horum da-  
 mnorum restitutionem, non prius excusso inferente, ex  
 pretio emtionis petere, adeoque æquam summam, do-  
 nec ipsi plenarie sit satisfactum, retinere, vel pretio em-  
 tionis detrahere possit, licet quoque venditor emtori  
 alio modo cavere velit. Plus enim est in re, quam in  
 cautione, & melior est causa emtoris excipientis, quam  
 venditoris pretium emtionis nihilominus exigentis,  
 quodque fieri potest per pauca, per plura non debet.  
 Remanet tamen venditori tunc contra damnum infe-  
 rentem merito regressus. §. 3. *F. de emt. § l. 14. § l.*  
*so. ff. de furt.*

*Etiam sub  
 hasta emtor  
 donec con-  
 tractus ad-  
 impletur  
 & habet jus re-  
 tent. in pre-  
 tio emtionis  
 quoad sum-  
 mam con-  
 currentem*

*Ampliat.*

*Rat. 1)*

*2)*

*Limit.*

§. XVII.

Quando itaque venditor, & ejus creditores  
 contractui venditionis, etiam sub hasta, adhuc con-  
 tradicunt, judex vero, vel eorum votis annuit, vel  
 omnia ea, quæ venum exposuit, remque sub hasta

D

ven-

venditam cum omni causa & accessionibus emtori adjudicare, tradere & præstare vel nolit, vel nondum possit, lis & quæstio suboritur, annon emtor, donec ipsi plenarie vel satisfiat, vel donec venditor ad implendum contractum ubique sit paratus, pretium emtionis in ipso adjudicationis termino vel demum terminaliter, & statim temporibus promissum, nihilominus solvere, vel ad minimum donec lis desuper fuerit sopita, in judicio deponere teneatur? An vero vel in totum, vel partem ejus partem, juxta proportionem ejus, quod ipsi in adimplendo contractu adhuc deficit, vel ejus quod interest, ex æquo judicis arbitrio, licite & tuto sineque periculo amissionis omnium emtionis istius jurius, in termino adjudicationis retinere possit? Putat equidem Ill. à BERGER in *Oecon. jur. Lib. 4. tit. 4. not. 2. Et in supplem. El. discept. for. P. I. p. 394.* quod licitator ne quidem ad solutionem pretii ante adjudicationem simulque traditionem realem rei venditæ, resignationem dominii, ut & ante vacuum possessionem adeptam, teneatur, & sit obligatus. Posteaquam autem licitatio regulariter in foris nostris fieri suevit eo modo, ut pretium vel pro parte vel pro toto in ipso adjudicationis termino, & ante ejus vel per modum registrationis vel publicandæ sententiæ factam declarationem fieri debeat, & offeratur, resignatio dominii venditoris autem in venditione sub hasta, vel plane, uti in Lusatia nostra, exulat, vel ad minimum quoad bona feudalia terminum suum in Ord. Proc. Sax. eo in casu habet præfixum & præscriptum, & facta adjudicatione verbali, realis traditio statim, & sine remora, fieri debet, & contra judicem, in quem bonæ fidei exuberantis

*Solutio regulariter fieri debet in termino adjud.*

*non autem differenda post resignationem dominii*

*Ratio. nec post traditionem*

tis cadit præsumtio, desuper vix ulla diffidentia remanet, hæc Bergerianæ in hoc ad stipulari nequeo. At tamen, quoniam emtio venditio sub hasta est contractus bilateralis, bonæ fidei, utrinque ad aliquid, & quidem iusto tempore, & juxta literam contractus præstandum, obligatorius; tuto adferere non dubito, quin emtor licitator, si jam ante adjudicationem lites & dubia super implementum contractus oriantur iusta, & probabilia ex sua parte, & vel venditor vel ejus creditores præsertim oborto concursu, vel adjudicationi vel traditioni hujus vel illius partis fundi & rei simul venditæ cum omni causa contradicant, judex vero vel eorum desideriis annuat, & rem controversam ad petitoris statim decidere nolit vel differat, vel quoque notorie rem venditam cum omni causa, accessoriis & fructibus a tempore licitationis perfectæ ipsi adjudicare, tradere & præstare nequeat, ob exceptiones: judicem & venditorem ad adimplendum contractum nondum esse paratum, adeoque illiquidum, & nondum competentis exactionis pretii emtionis, pretium illud, & quidem non solum ultimato, & terminaliter, sed etiam pro re nata *das Angeld*, sine ullo periculo amissionis *etiam das Angeld*, jurium suorum ex contractu emti venditi ipsi competentium, tamdiu possit retinere, donec causæ cognitio sufficiens desuper instituta, atque finita, ipsique ad satisfaciendum plenarie venditor vel judex re ipsa fuerit paratus, adeo ut etiam, (quoniam tunc in mora solvendi nondum est constitutus emtor,) ab interesse *Et liberatur ab interesse moræ.* moræ, ad minimum pro summa concurrente, videatur esse liberandus: nihilo tamen secus fructus prædii *Fructus tantum percipiuntur* emtipit.



Judex in subhaftationibus ex officio non tenetur ad evictionem rei tradita tenetur tamen ad traditionem & præstationem rei vendita.

emti à tempore licitationis perfectæ ipsi maneant in salvo. HORN. Resp. Class. XI. Resp. 25. p. 632. modo tamen defectus implementi non in genere, sed in specie indicet & ostendat. MARTIN ad Proc. T. 39. §. 1. n. 220. Judex enim, licet ad evictionem rei ex officio subhaftatæ, post ejus traditionem non amplius teneatur, tenetur tamen, cum contractus emtionis venditionis etiam sub hasta sit contractus bonæ fidei, ob fidem publicam promissam ad adjudicationem, traditionem & præstationem istius rei venditæ, adeoque ad adimplenda sua in tabulis subhaftationis promissa.

S. XVIII.

Requirunt tamen multi Dd. æquitatis ratione suffulti, ut ea, quorum implementum desideratur, vel sint quoad veritatem & existentiam, licet nondum quoad ejus quantitatem, taxam, & valorem liquida, vel ad minimum ita comparata, ut se ita debere venditor vel ejus creditores, quorum tunc interest, vel judex quoque ipse confiteantur, vel alias statim ex Actis & actitatis, æquitate, & jure, vel intra certum præfigendum terminum legalem defectus ex una, vel ejus implementum ex altera parte doceatur; Sin vero adhuc tam quoad veritatem, & existentiam, quam quoad quantitatem & valorem, plane sint dubia, tunc ad judicis pertinet officium, ut liquidum potius ab illiquido separet, nec propter mere illiquidum executionem vel exactionem liquidi differat. Atque sic pronunciaffe Tribunal Wis-mariensè MEV. P. 7. dec. 102. testatur. Frustra enim petitioni ejus, quod ex contractu & Actis certitudinem habet, opponitur, de quo in judicio non contenditur, inquit

Except. non adimpleti contractus in subhaftatione locum habet, si sit liquida

vel intra terminum præfigendum liquida fieri possit

Secus si plane sit illiquida.

Tunc liquidum ab illiquido separandum



quit id. MEV. P. 8. dec. 168. n. 3. conf. Dn. BOEHM. jur.  
 Eccl. Prot. Lib. 2. T. 19. n. 11.

§. XIX.

Hoc tamen ex ipsa æquitate, & ne postea in fine <sup>si illiquida</sup> emtoris actio & litigium fiat inane, <sup>judex vel</sup> judici merito vide-  
 tur suadendum, & esse consultum, ne tunc emtori sub <sup>venditor</sup> <sup>sub hasta</sup> hasta partem pretii terminaliter ultimato solvendi li-  
 centiam, durante lite in securitatem retinendi, denegat,  
 vel si nihilominus solutionem totius pretii emtionis  
 urgeat, & ad id, pro circumstantiarum ratione, emto- <sup>in casum vi-</sup>  
 rem compellere valeat, ut ipsi vel desuper caveat, vel <sup>storia emto-</sup>  
 prospiciat, quo sufficiens pecuniæ quantitas in depo- <sup>ri caveat</sup>  
 sito judiciali retineatur, donec lis desuper fuerit deci- <sup>vel in pretio</sup>  
 sa atque tranquillata; Id quod bona, imo fides publi- <sup>emtionis de-</sup>  
 ca ex ipsa juris regula: de suum cuique tribuendo, po- <sup>postto judi-</sup>  
 stulat. <sup>cialiter pro-</sup> <sup>spiciat.</sup>

§. XX.

Porro adhuc brevissimis disquirendum venit, si <sup>Licitator</sup> emtor in termino adjudicationis cum pretio emtionis <sup>pretio emt.</sup>  
 sine justa causa non sit paratus, num statim excidat <sup>in term. ad-</sup>  
 omni suo emtionis jure? Verum enim vero, cum non <sup>jud. non pa-</sup>  
 solum in *Ord. Proc. Sax. Reg. El. Elucid. ad Tit. 39. §. 17.* <sup>ratus, jus</sup>  
 expresse sit cautum, quod illi adhuc spatium trium septi- <sup>emtionis sa-</sup>  
 manarum, post quas demum, pretio non soluto, jure <sup>rim non a-</sup>  
 emtionis excidere debeat, sit concedendum, <sup>in Ord. Ratio 1.)</sup>  
*Proc. Sax.* Antiqua autem, qua solummodo in Lusatia  
 nostra Infer. hætenus utimur, & in aliis legibus pro-  
 vincialibus, de amissione omnium jurium emtionis,  
 hoc casu nihil inveniat dispositum, adeoque sine le-  
 ge loqui merito in ejusmodi exorbitantibus & poena-  
 libus,

3.) libus, utpote odiosis, erubescamus, tutius sit mitiorem eligere sententiam, indeque ad minimum ex æquitate ipsi adhuc sub comminatione vel amissionis omnium jurium emtionis & novæ subhastationis instituenti, vel executionis pretii licitati, vel demum sub moderata mulcta, (à qua tamen justa imo probabilis saltim excusationis causa ipsum postea haud immerito quoque liberat, cum æquitas naturalis, leges & jura per se jam magis liberandum, quàm ad condemnandum reum inclinent,) spatium Saxonicum sex septimarum cum additamento trium dierum ad solvendum potius sit adhuc indulgendum, negantium opinioni merito subscribo.

*Sed ipsi spatium ad solvendum ad hoc est concedendum.*

§. XXI.

*Requiritur ad amissionem omnium jurium vel rescriptum Principis, vel Sententia judicis it. 2.) ad comminationem mulctæ nec sufficit nudum præceptum judicis.*

Ultimo & id tangendum & notandum venit, quod quando in Legibus Provincialibus exsolutio pretii licitati in termino ad eam præfixo sub comminatione vel amissionis omnium jurium, vel partis pretii licitati, vel certæ mulctæ nondum fuerit statuta atque injecta, tunc ad ejus injunctionem cum effectu, vel rescriptum summi Principis, prævia causæ cognitione e sanctiori ejus Consilio, vel sententia & Decretum judicis ideo in specie licitatori publicatum, non vero hujus saltim injunctio durch eine bloße Verordnung und Ansfage, præquiratur, alias ejusmodi præceptum judicis suo merito carebit effectu. Si tamen emtor licitans nihilominus ejusmodi Rescripto Principis cum laxamento temporis sufficienti ipsi ad exsolvendum licitum sub comminatione certæ mulctæ moderatæ concessio, vel sententiæ judicis sub mulctæ & ulterioris novæ subhastationis

nis



nis comminatione publicatæ injuste non paruerit;  
 tunc equidem elapso spatio haud immerito multa non *ir. 3.) ad*  
 solum exigenda & nova prædii subhastatio suscipienda, *rem de novo*  
 & quidem primum generaliter, postea autem speciali-*subhastan-*  
 ter, sed insuper etiam prior emtor licitans, qui non *dam*  
 tit promissio, venditori & ejus creditoribus ad refar- *Limit.*  
 cienda omnia damna; & ad omne id, quod eorum in- *nisi in legi-*  
 terest, tenebitur; ipsi tamen, nisi poena amissionis *bus id jam*  
 omnium jurium, vel in legibus, vel in rescripto Prin- *fuerit ex-*  
 cipis, vel in sententia judicis publicata simul fuerit ex- *pressum.*  
 pressa & inserta, usque ad finem & ultimum novæ hu-  
 jus subhastationis momentum salvum manebit atque  
 permissum, non solum per realem prioris sui liciti ob-  
 lationem in judicio rem antea jam ipsi venditam & em-  
 tam ab ulteriori hasta adhuc liberare, & ejus adjudica- *Emtor ta-*  
 tionem pro pretio oblato cum effectu postulare, verum *men prior*  
 etiam eo simul ulteriorum damnorum resarcimentum, *per oblatio-*  
 adeoque periculum actionis contra se ad interesse de- *nem pretii*  
 clinare; Cum enim licitator iste emtor, qui promissa *licitari no-*  
 sua non servavit, hoc in casu in debitoris venditoris suc- *vam subha-*  
 cedat locum, adeoque pro debitore pretium non sol- *stationem*  
 vente habeatur, & illa nova subhastatio ejus nomine *retrahere*  
 & potest.  
 periculo sit iteranda & instituenda, debitori autem,  
 quemadmodum supra ex §. 6. hujus dissertationis po-  
 test intelligi, durante subhastatione semper ac indistin-  
 ctè adhuc sit permissum & integrum per oblationem &  
 exsolutionem debiti subhastationem, contradicentibus  
 licet creditoribus, judice, & licitantibus, retrahere &  
 finire, adeoque hac ratione satisfaciendo, vel tempesti-  
 ve transigendo bona sua ab hasta redimere. *a. l. 2. C. de-*  
*bitor*

*bitor venditor pign. imp. non posse l. 9. §. 3. ff. de pign. act.*  
*item CARPZ. P. I. const. El. 32. def. 44. SCHWENDEND.*  
*ad Fib. 1018. MENCK. ad Ord. Proc. Tit. 39. §. 82. p. 573.*  
 Hinc idem juris beneficium ex pari juris & æquitatis  
 ratione hoc in casu emtori licitanti, promissis autem non  
 stanti, adeoque omnem veri debitoris conditionem sub-  
 eunti, competere, est asserendum; & actio contra eum  
 ad interesse & omnis conquerendi causa ac facultas ra-  
 tione quanti minoris per novam subhastationem erit  
 inanis essetque insuper iniquum, si iudex vel credito-  
 res oblationem totius pretii antea licitati vellent recu-  
 sare. Imo ex parili æquitatis & juris ratione haud im-  
 merito etiam hoc erit colligendum & statuendum,  
 quod cum emtor iste prior licitans, qui promissa sua  
 non adimplevit, nova subhastatione peracta venditori  
 vel ejus creditoribus de eo, quantum minoris, teneat-  
 tur, illi quoque scil. priori emtori, si per novam subha-  
 stationem majus pretium fuerit oblatum & solutum, il-  
 lud excurrens majus sit appropriandum & exsolven-  
 dum, indeque actio quantum pluris competat. Ipsa  
 enim suadet æquitas, quod qui sentit periculum & in-  
 commodum, regulariter commodum quoque sentiat;  
 hoc autem semper maneat penes debitorem, in cujus  
 locum prior emtor, qui promissis non stetit, adeoque  
 exinde debitor factus, ceu supra ostendimus, successit.  
 Et hæc pro qualitate materiæ dixisse sufficiant, sum-  
 mo divino Numini pro concessis viribus decentissimas  
 ago gratias, L. autem B. me meaque studia qualia  
 qualia de meliori commendo.

*Et si ab a-*  
*ctione ad in-*  
*teresse libe-*  
*rat.*

*Et excur-*  
*rens seu*  
*plus acqui-*  
*rit.*

F I N I S.

non male de excen. non qd mal. curat








ULB Halle

005 361 192

3







1740, 10  
DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

DE

**JVDICE PRÆDII  
CVM INVENTARIO  
und Beylaß SVB HASTA  
EMTORE,**

P. 254

QVAM  
INDVLTV  
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS  
IN PERANTIQVA HIERANA,  
PRÆSIDE

**DN. CONRADO WILHELMO  
STRECKER,**

JCTO, IVRIDICÆ FACVLTATIS ET JVDICII ELECTORALIS PROVINCIALIS  
ASSESSORE SENIORE, CODICIS PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO, CIVI-  
TATIS STNDICO ET CONSVLE PRIMARIO, NEC NON PRÆFATÆ  
FACVLTATIS DECANO,

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

RITE CONSEQVENDIS,

DIE XIV. SEPTEMBR. A. M DCC XL.

IN AVDITORIO IVRIDICO COLLEGII MAJORIS  
HORIS FIERI SOLITIS, PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

**JO. WILHELMVS LEHMANN,**

ADVOC. LVSAT. INFER.

ERFORDIÆ, Litteris HERINGII, Acad. Typogr.

